Holkot, Robertus: Super sapientiam Salomonis
Basel: [Johann Amerbach, and Johann Petri de Langendorff?], 1489, 1489 Seite 67



trēq; requirunt. Et redit in nihilum quod fuit ante nihil. Lectio. XVI

# Et trāsiet vita no

stra tanq; vestigiū nubis: ⁊ sicˉ nebu
la dissoluet̄ q̄ fugata est a radijs so-
lis: ⁊ a calore illi⁹ aggrauata. Postq; sapiēs po
suit opinionē impioꝝ ⁊ totaliter pcrō deditoꝝ
de morte hoīs. q̄ opinio posuit hoīez sicut bru
tū oīno resolui in elemēta. Posuit etiā ad hoc
ꝓbandū ratiōes quib⁹ arguūt naturalit̄ ⁊ phi
sice. Hic ꝯseq̄nter ponit rōnes quibus h̄ ꝑsua-
dēt exēplariter ⁊ rhethorice. Et sumuntur ista
tria exēpla de quibusdā impssiōib⁹ que gene-
A rant̄ i sblimi: videlicet de nube ⁊ d̄ nebula. Est
aūt generatio nubis de vapore eleuato d̄ aq̄s.
⁊ terra vsq; ad mediū intersticiū aeris vbi ē lo-
cus frigid⁹. Eleuat̄ eñ talis materia nubium
virtute solis ⁊ corpoꝝ celestiū imisso vapori q̄-
dam calore accidētali p quē ascēdit. Cū aūt ꝑ-
uenerit ad mediū intersticiū aeris vbi est loc⁹
valde frigid⁹. tū ꝓpter distātiā a reflectione ra
dioꝝ solariū a terra: que r̄flexio calefacit aerē
quē nos inhabitam⁹. tū ꝓpter ꝯsimilē distan-
tiā a corporib⁹ celestib⁹ ⁊ sphera ignis calor icō
pact⁹ nubi p quē ascendebat: deficit ⁊ corrūpit̄
ꝑ circūstantē frigiditatē ⁊ perit nubes ⁊ resol-
uitur in pluuiā vel in niues seu grādines ꝺm
ꝓtātem ⁊ fortitudinē frigoris cōprimētis. Sic
igit̄ generat̄ nubes de vapore: ⁊ corrūpitur ꝑ
resolutionē. Nebula aūt ꝺm ꝙ dicit Aristo. ij.
meteo. est reliquie nubis vel nubiū resoluta-
rum aqua pluēte: ⁊ ideo nebula signat sereni-
tatē. Cōpāt ergo vitā nr̄am vestigio nubis qđ
est nebula ꝺm Arist. Et sic ⁊: tenetur expositi-
ue ꝑ. i. Vel vestigium nubis dicit̄ ꝑ ꝯtrariū.
quasi diceret: nullū est vestigiū nubis: sed tota
disparet. Sic nulla erit nr̄a mēoria sed oīno ꝑ-
ibim⁹ in corꝑe ⁊ aīa. Sed h̄ sūt due dubitati
ones lr̄ales. Prima est quō dicūt ꝙ nubes siue
nebula ꝑ calorē sol̄ agḡuat̄. cū calor nō sit cau-
sa ḡuitatis nec descēsus: s; mag̃ causa leuitatis
⁊ ascēsus sicut. j. ⁊. ij. meteo. sat̄ patet. Ad hāc
dubitationē respōdere possum⁹ mł̄tipliciter.
Primo quia mali ⁊ impij loquūt̄ ⁊ nō est in
ꝯueniēs ꝙ a phīa aberrēt: q̄ euanuerūt in co-
gitatiōib⁹ suis ⁊ obscuratū est insipiēs cor eoꝝ:
dicētes eñ se esse sapientes stulti facti sūt. Ro-
ma. j. Itē in fi. isti⁹ ca. Hec cogitauerūt ⁊ erra-
uerūt: excecauit eñ eos malicia eorū. Scđo
pōt dici sic ꝙ cum nubes fuerit eleuata ad me-
diū intersticiū aeris calore solis recedēte: non
accedēte ⁊ radijs nō agentib⁹ sed deficientib⁹:
nubes aggrauant̄ ꝑ frigiditatē circūstantē et
sic descēdit rediēs ad naturā aque de q̄ fiebat:
⁊ sic volūt dicere ꝙ nubes fugat̄ radijs sol̄ de-
ficiētib⁹: ⁊ aggrauat̄ calore illi⁹ deficiēte. Ter-
tio pōt dici ꝙ nubes vł̄ nebula q̄nq; a radijs ⁊
a calore solis rarescit: ⁊ q̄n est rarior tūc frigus
circūstās eā magis penetrat ⁊ infrigidat ⁊ fac
redire ad naturā ꝓpriā: q̄ oīs vapor est essenti
aliter frigid⁹ cū oīs vapor sit aque⁹ vel terre⁹.
Scđa dubitatio est de mō loq̄ndi impiorū
q̄ videt̄ ꝙ sacra scp̄tura codē mō loq̄ndi vtat̄ B
tāq; vita corporis hūani nō sit denuo reparā-
da. ⁊ arguit̄ hoc multipliciter: primo sic in p̄s.
Remitte mihi vt refrigerer ꝑus q̄ abeā ⁊ am-
pli⁹ nō ero. Scđo sic Job. vij. Sicut ꝯsumitur
nubes ⁊ ꝑtrāsit sic q̄ descēdit ad īfernū nō ascē
det vt reuertat̄ vltra in domū suā. Itē Job. x.
Vadā ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosā: ⁊ op.
mor. ca. Itē. ij. Regū. xij. Vadā ad illū ille vo
nō reuertet̄ ad me. Itē Eccī. iij. Vn⁹ est interi-
tus hoīs ⁊ iumētoꝝ ⁊ equa vtriusq; ꝯditio. sicˉ
morit̄ hō sic ⁊ illa moriunt̄. Itē in p̄s. Sepul-
chra coꝝ domus illoꝝ in et̄nū. Itē Sapientie
xvj. Hō q̄dē ꝑ maliciā occidit aīam suā. Et cū
exierit spūs nō reuertet̄ nec reuocabit animā
q̄ recepta est. Itē. ij. Reg. xiiij. Oēs morimur
⁊ q̄si aque dilabimur i terrā que vltra nō reū-
tent̄. Item Algazel. v. Metha. sue. ca. iiij. di-
cit ꝙ aīa que est expꝰs scientiaꝝ ⁊ sordida ꝓpter
ꝯsuetudinā voluptatū cruciat̄. q̄ amissū est in
strumētū. s. corp⁹ sine quo nō pōt ꝯsequi illud
ad quod cā reuocat ꝯcupiscētia. Et dicit ibidē
ꝙ illa est maxima pena eterna: sed eterna non
foret si corp⁹ esset reꝑandū. Itē. j. Cori. xv. Ca
ro ⁊ sanguis regnū dei nō possidebūt. In op-
positum est illud Job. xix. Scio ꝙ redemptor
meus viuit ⁊ in nouissimo die de terra surre-
cturus sum ⁊ rursum circūdabor pelle mea ⁊ ī
carne mea videbo deū saluatorem meū. Item
Ezech. xxxvij. Ego aperiā tumulos vr̄os ⁊ ad
ducam vos de sepulchris vestris ⁊ ibi dicit do
min⁹ ossib⁹ aridis. Dabo vobis spiritū ⁊ viue
tis. Item Daniel. xij. Et Esa. xxvj. Et mult̄ lo
cis scripture sacre. Ad questionē. Credēdū
est ⁊ asserendū omnino ꝙ vita humana est de-
nuo reparanda. Anima eñ humana natura-
lem habet inclinationē ad corpus suū eternali
ter administrandū. Naturalis autē inclinatio
nō est frustra. ergo cū constet omnes mori: ne
cesse est ponere corpora coꝝ quandoq; ad vi-
tam reditura. Ad primam auctoritatem de
p̄s. sic exponit glo. Remitte mihi peccata mea
vt refrigerer per misericordiam ab estu vitio-
rum prius q̄ abeam ⁊ amplius nō ero. i. si nō
dimittis ibo de hac vita. et amplius non ero
in vero esse quod est esse cum deo. Ad secū-
dum dicendum est ꝙ Job loquitur de reuersi
one ad vitam istam mortalem. Et codē mō
dicitur ad tertium ⁊ ad quartū. Ad quintū
dico ꝙ Eccle. loquitur more cōcionatoris: nūc
in persona fatui: nunc in persona sapientis.
Vel equa vel equalis est quantum ad appa-
rentiam exteriorem. Ad sextum respondet

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-277/0067
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG